

Sigismundus primus rex Polonice,  
Francisco regi Gallie.

275

Retulerunt ad nos subiecti nostri cives  
Sedanenses terre Brussia, quomodo annis  
superionibus circiter annum Domini mil:  
lesimum quingentesimum decimum quar:  
tum, cum regnum maiestatis vestre bel:  
lis detinebatur, navis una oneraria dicto:  
rum divium nostrorum mercibus plena, et  
preter Galliam acta agentibus maiestatis ve:  
stre absque quavis iusta causa fuerit inter:  
upta occupataque, ad quam iure repeten:  
dam, dicti cives nostri miserant procurato:  
rem suam cum mandato, quendam Pe:  
trum Steynhamer ad maiestatem vestram,  
ipsa vero tunc incivitas vestra causam  
ipsam ad centumvirale iudicium, quod par:  
lamentum vocant, dispiciendam et cogno:  
scendam delegaverat, in quo iudicio pro:  
nuntiatum erat, ut occupatores et inter:  
uptores navis, iustis dominis eius duos:  
decim millia et quadraginta nummorum  
aureorum, quos coronatos vocant, exolverent,  
cuius sententia, quia executio hactenus  
subsecuta non est, ipsique cives nostri  
gravem iacturam rei familiaris sue facer:  
e indies coguntur; rogamus maiestatem  
vestram, velit identidem suis, quorum interest  
imperare



imperave, ut talis sententia, que iam in  
rem iudicatum transiit, executionem tam:  
dem fieri curent, quod pro laude et glo:  
ria iustitie et equitatis, qua pollere pre:  
dicatur, facturam non dubitamus mai:  
statem vestram, quam felicissime valere  
desideramus. Datum 1520. ni fallor